



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 107. Duxerunt ad Domum principis sacerdotum. v. 54.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

ibi certe Deus agendi non est principium, sed diabolus. Fuge ergo, fuge passionibus obsequi.

§.105. Sed hac est hora vestra, & potestas tenebrarum. v.35.

Ex duobus argumentis jam allatis, concludit Christus, & remonstrat hostibus suis, quod ad hunc actum a dæmonibus sint inducti, ut eos deterreret ab ulteriore in malis progreßu: Ego autem miror hic Domini mei in discursibus tam rationabilibus, inter strepitum, armorum constantiam, & animi præsentiam, etiam moderationem, qua tenebras appellat ipsa dæmonia & peccata.

O Iesu sapientia Dei, æterna veritas, quam clarè effulgit hoc divinum lumen tuum super filios Adæ: quam omnis vita, cunctaque operatio tua, lux quædam & manuductio nobis fuit ad veritatem? quam perspicue lumen cœlestis doctrix tua tunc luxit in tenebris? quam universa opera tua humilitate, patientia, charitate, abstinentia, & omni denique gratia & virrute abundant! ita ut in his perfectissima exempla totius sanctitatis, cunctis reluceant; O quam studiole conatus es plantare vineam patris tui: nec tibi ipsi ab æstu, à frigore, à siti & fame, à vigiliis & labotibus pepercisti: enim vero cor tuum præ ardentis desiderio intra te velut in olla ferventi æstuabat, ut patri tuo lucrum reportares, & omnem Israël salvum faceres tua pietate, quam veneror & adoro.

§.106. Comprehendentes autem eum. v.54.

Quia hora eorum erat, & potestas tenebrarum juxta talium principiorum morem, nempè in humanum & atrorem, comprehendentes: satis barbarè ligarunt, vinculisque compluribus, & manicis ferreis constrinxerunt, quorum alia collo, alia manibus injecerunt. Erat igitur qui guttus illius propè strangulabat; alii manus & pedes arctè nimis copulabant. Quid tunc cogitaverit, quid meditatus fuerit Dominus quando vincula peccatorum circumdabant eum! ipse novit, nos conjectemus meditando, conjectando gratias agamus, & agendo gratias pacem habeamus.

Iesu vinculis alligate a Iudeis miserere mei & omnium ne mortalibus culpis unquam innexi comprehendamur ab ira tua & satanæ servitute.

§.107. Duxerunt ad Domum principi sacerdotum. v.54.

Princeps sacerdotum illo anno, & duobus precedentibus erat fuetusque Iosephus Caiphas, & ante eum fuerat in eodem officio Annas, sive Annanus & tres intermedii successives, nempè Imael filius Fabi, & Eleazar.

tus Filius Anani; & Simon filius Canuthi; uti testatur Iosephus in hist. Iudaica; ad illum igitur Caipha in ductus est Dominus; quæ enim alium intellegemus? quam eum qui concilium de occidendo Christo convocavit, & in eo consilium dedit, de occidendo Domino vero agno tollente mundi peccatum!

Verè sacerdotes Levitici generis fuerunt laviones, mactabant enim bestias; sed & hic fuerunt omnino carnifex, quia hominem occidere properatunt. Qualis igitur horum princeps fuerit, facile apparet ex turbâ. O quam pulchrum & purum sacerdotium novæ legis, in qua non vitali aut boves, multo minus homines mactantur, sed panis & vînum & sub horum specie Dei filius, quotidie purissimè immolantur.

§. 108. Petrus vero sequebatur à longe. v. 54.

Timore pariter & amore perculsus; Timore, ne forte cum Christo uti percussor ministri pontificij & Christi defensor caperetur, & pœnari audacie contra cohorem Romanam, se solum opponendo, & oppugnando lueret capitalem: Amore, ne videretur omnino deservisse bonum Magistrum, post tot illi factas promissiones, de secum eundo, ad passionem & mortem; à longe autem sequitur Petrus, quia medium aliquod elegit inter Christiam amicitiam & Apostasiam: sed fortasse adhuc in eonobismaxima sit admiratione reverendus, quod Dominum non reliquit, etiam cum timeret; metus naturæ erat: sequi Dominum pietatis. Miserum quod timet: Beatum quod non fugit: quod sequitur devotionis est; quod negat obrepotionis. Commune quod labitor fidei quod pœnitit.

Quoniam anima mea recordare & tu, quoties non solum à longe non secutus fueris Dominum, sed & plane deserteris, cum & auflugeris ab eo qui tamen ipsa est bonitas infinita, & tibi acclamavit dicens. Revertere, Reputare, sum misericordia.

§. 109. Accensio autem rigne in atrio. v. 55.

Quia tempus primiveris, adhuc frigidum erat, maximè nocte, & multitudine populi, & famulorum, & militum, in atrio hærebat, ut easce cœlum facere posset, & videre intrantes & exentes aulam pontificis, expectare que ibidem commodius luorum principum & seniorum adventum & redditum à consilio, & ne tumultus fieret, aut impedimentum aliquod in tenebris à populo, & amicis Iesu Christi; ideo accensus est luculentus ignis; Erat igitur duplex eo tempore ignis in aula illius pontificis, nempe

605